



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pe pagomenus>

Lvtetiae, 1612

cxviii. Item ad horrorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

ueas , ne capiti admoueas feruentem de-
coctionem: lotumque in sole per horam
ponito , & illinc vbi ipsum tolles ; dulci
aqua lauato , ne pellis vastetur. tum vino
austero pinnae inspirentur : vel sarmenti,
aut fici , aut oliuæ cinerem quam minutissime
per cribrum cernas , accipitremque
illinas , eundemque linteo tegas , & pediculi
in linteum decident.

Ad horrorem.

HORRORE percellitur tum ex pediculis , tum aliis ex causis . Ei subuenit nefrendis caro. Auium caro cum sit calida , permultum ipsum exsiccat , & vna cum macie pediculos procreat.. Facit idem ouilla caro: at cornicinæ & coruinæ carnes omnino dandæ nō sunt. nam & salsa sunt , & valde pernicioſæ accipitri pediculis laboranti.

Item ad horrorem.

CVM horret accipiter, tum corpore concidit , tristique & ægroto est aspectu. Correptus hoc affectu excrementa reddit corrupta, male olentia : nisi morbo occursum sit, consumitur auis. Hoc remedio subuenitur,

subuenitur, quod recipit symphyti surculos cum radicibus, & reū Ponticum, simul misceantur ex aqua, ad tertias decoquuntur, in quartam partem decoctionis reū Ponticum addatur: accipiter perfundatur, usque dum persanatus sit; post infusionem ei cibus detur columba.

Ad defluxionem pinnarum.

VITISSLIMA res est accipitri pinnarum ornatus, & ad illius virtutis officium præstandum aptissima. Si pinnæ ipsius defluant, & ipse spolietur naturali suo ornamento: sumatur tedæ pinguis, & rubi radicum, & platani, singulorum manipulus unus: in ollam injiciatur, ad tertias decoquatur ex acerrimo aceto, eaque decoctione conspergatur accipiter. & pinnæ fluere desinent.

Quomodo & corrodantur pinne accipitrum & curentur.

EXEDVNTVR sæpe pinnæ noxio quodam humore. Ita curari conuenit. Nitrum Gallicū, & cimices, qui nondum ex lecto deciderint, conteras in acerrimo aceto: emplastrum facias, aperias pinnas,

M